

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6860

Autre(s) référence(s) : Round 186

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Foucarmont, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1161]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Foucarmont.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XVIII.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CLXXVI, t. 1, p. 306-310.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 186.

Dissertation critique

Souscription du chancelier Thomas prouvant que la pièce est au plus tard de 1161. Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 306.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, justiciis, comitibus, vicecomitibus, baronibus, ministris, baillivis et omnibus hominibus et fidelibus suis totius Normanni# et Angli#, salutem.

Sciatis me concessisse et carta mea presenti confirmavisse omnes donationes que in elemosinam rationabiliter dat# sunt #cclesie Sancte Mari# et Sancti Johannis de Fulcardimonte et monachis ibidem Deo servientibus, et nominatim : Ex dono Henrici comitis Augi et Johannis comitis filii ejus, Barilsartum, Engueriliisartum, Novam landam ; per totam forestam Augi pasnagium, herbagium, ignem, #dificium ; decimam annon# et denariorum in ministerio de Fulcardimonte ; molendinum de Escenla cum pratis adjacentibus ; in molendino Castelli VII.

modios frumenti, tres modios aven# ad horreum ; apud Septem Molas medietatem pratorum suorum ; maeriam Augi ; omnes culturas suas de Fulcardimonte, cum corveis carrucarum, pro suprapositis septem modiis frumenti et tribus avene ; decimam vicecomitatus ejusdem vill# ; totam beeleiam inter eandem villam et forestam ad extirpandum ; maeriam de Blangeio totam ; procuratorem quoque ipsius, sicut et maerie de Augo, ab omni consuetudine liberum ; sartum justa Novam landam ad excolendum ; ad extirpandum quoque, quicquid nemoris est a Nova landa usque ad agros forispositos ; in foresta Augi V. acras ad grangiam de Barilsarto transferendam ; ad grangiam quoque de Gariniprato in eadem foresta construendam V. acras ; terciam partem molendini de Maisneels. Fratribus quoque ecclesie et famulis et quibuslibet mercenariis suis per totam terram suam in omnibus vendendis et emendis quietanciam, et de omnibus que in curte abbacie vel in grangiis vendentur quieti sint vendentes et ementes. Criolii, hospitem unum ; Septem Molis, alterum, ab omni consuetudine utrumque liberum. Omnes messes eorum et mercedes trituratorum a moltura et alia consuetudine quietas. Quod si inter fratrum famulos vel mercenarios aliqua contigerit querimonia, vel clamor auditus fuerit, per se seu per alios quos voluerint terminetur. Curtes etiam et mansiones ad grangias in foresta ubicunque necessarium fuerit construendas. Ad Campanesiam villam, in foresta, locum ad grangiam construendam, et quicquid nemoris est circa ipsam, a via qua ad eam venit de Fulcardimonte usque ad angulum Sancti Martini ultra ipsam grangiam, quousque terra fratrum protenditur, et usque ad fundum vallis subtus eandem grangiam jacentis. Decimam omnium que in Anglia Johannes comes Augi adquisierit. Hec omnia quietas et ab omni consuetudine libera, et in perpetuam elemosinam a fratribus possidenda. Porro ad Campanesiam villam duas carrucatas terr# prorsus quietas, unam ex dono Roberti de Fanencort, alteram ex dono Roberti de Restoval et Oelardi filii sui, assensu Roberti de Fanencort. Ex dono Radulfi Rastel et Beatricis uxoris ejus, totum feodum suum proprium de Campanesia villa, etiam doarium uxoris Engerranni de Scoteigniis, ad campartum solum, terram etiam vavassorum ad firmam, vel campartum, in presentia sua suscipiendam, omni alia consuetudine et exactione remota. Cum vero doarium ad ipsos redierit, quod in campo de Beroumont a fratribus marlatum non fuerit, ipsorum erit ; quicquid vero a monachis marlatum fuerit, monachis ad solum campartum remanebit. Quod si vavassores a servicio defecerint, nichil a fratribus exigi poterit preter firmam vel campartum vavassoribus debitum ; terras etiam cultas et a cultoribus desertas ad campartum solum concesserunt, quoadusque cultores earum redeant vel pro eis alii succedant. Cum vero tempus affuerit quo campartum reddi debebit, predictae ecclesie fratres Radulfum vel ejus famulum in Campanesia villa semel submonebunt, et in ejus presentia, si venerit, campartum dabunt ; quod si inventus non fuerit, vel inventus venire distulerit, ipsi fratres per se campartum dabunt. Hoc totum concessit Guido de Avesnis, et Berhesia uxor ejus, preter terram Eustachii Harenc, qui tamen preter predictam pactionem X. acras terre Eustachii Harenc, grangi# fratrum viciniore, commutaverunt pro aliis X. in dominico fratrum. Ex dono Engerranni et Willelmi de Gislemarivilla, assensu matris eorum, totam terram ad Campanesiam villam, ab angulo Fanencort usque ad metas juxta campum Evrardi affixas, ad campartum solum. Ex dono Roberti de Restoval et Oelardi filii sui, totam terram suam incultam apud eandem villam, et in terra a rusticis marlata campartum solum, et preter hec ortum unum. H#c omnia ab omni consuetudine libera preter firmam XII. minarum frumenti et totidem aven#. Quod si rustici vel manentes vel inde recedentes terram suam incultam reliquerint, liceat monachis eam colere ad predictam firmam. Si vero rustici terram suam marlatam monachis vendere voluerint, possunt monachi emere, nichil inde dominis tribuentes. Ex dono Walteri Pevrel et Pagani filii sui, culturam de Prato, et illam de Busco Renardi, et campum supra viam de Predosavilla, et duas acras in pomerium ecclesie. H#c omnia quietas, et assensu Gisleberti Caletot donata. Item ex eorundem dono, tres acras in Campo Terrici, et quod habent ad Buscum Noberti, et sartum fratris Gisleberti, et supra acram unam nemoris, et tres juxta campum Willelmi filii Seburgis, et campum ante domum infirmorum, et alterum supra istum, a Willelmo filio Seburgis olim excultum ; tertium quoque juxta domum infirmorum, et quicquid habent pratorum inter abbatiam et Fanencort. Omnia quoque avesna sua supra abbatiam, et quicquid habent nemoris inter Montem et Campum Terrici, et duas acras juxta culturam monachorum. Hec omnia quietas, preter annum censum V. solidorum, et a Richolde et Cecilia sororibus concessa. Ex dono Bernardi Molendinarii et fratrum ejus, et Albere matris eorum, concedentibus Cecilia et Ricolde cum filiis suis, quicquid habent ad Maisnil Ranulchon quietum, et tres acras terr# nemoros# liberas. Ex dono Willelmi filii Nicholai, et Gisleberti Caletot et Walteri Pevrel, et Ricoldis et Cecili# sororum, et Albere# et Bernardi filii ejus, omnia prata inter abbatiam et Fanencort. Ex dono Angerii Longi, concedentibus Radulfo Rastel cum uxore sua et Guidone de Avesnis cum sua, et Lamberto Girardi filio, sex acras ex una parte abbati#, et IIII. ex altera, quietas. Ex dono Gisleberti filii Solici# et Ricardi filii ejus, concedente Thoma de Sancto Leodegario, campum unum ad nemus Noberti, et alterum juxta culturam #cclesi#, tertium in monte super abbatiam, omnia hec quietas. Ex dono Hugonis Machonis et Radulfi filii ejus, predicto Thoma concedente, tres acras terre supra abbatiam quietas. Ex dono ejusdem Thome nemus Noberti ad campartum solum. Ex dono Rogeri de Sauceio,

unam acram terr# foris Osbernimañnil, et totam ejus terram in Monte Hastreie, utranque liberam. Ex dono Osberni de Pilo Cervino et Widonis filii ejus, quicquid habent inter marleriam suam et abbatiam, et ipsam marleriam, et parum nemoris ultra eam, preter hec unam acram terre, omnia quieta. Ex dono Rainaldi et Rogeri de Septem Molis et Amabilis matris eorum, tres acras liberas. Ex dono Roberti sacerdotis, prefato Rainaldo concedente, tres acras quietas. Ex dono Hervei de Sancto Sulpicio et Willelmi filii sui, in molendini sui decima, VIII. minas frumenti et IIII. bustellos et III. nummos et obolum. Ex dono Gauteri de Sancto Aniano Torfrescalis, III. acras terr# liberas, et totam decimam illius feodi, preter terciam partem ; post obitum suum, totum feodum cum decima liberum. Ex dono Roberti Augi, duas salinas apud Briencon quietas. Ex dono Lamberti filii Girardi, concedente Radulfo Rastel cum uxore sua, III. acras terr# quietas, et IIII. ad nemus Noberti ad campartum solum. Ex dono Radulfi filii Tustini, campum unum supra abbatiam, quietum. Ex dono Johannis comitis Augi, totam beeleam inter Fulcardi Montem et nemus Gaufridi, ad extirpandum. Ex dono Widonis de Bevecort et Cecilie uxoris ejus, dimidium territorii nemoris Ulberti cum decima, ab omni consuetudine quietum, preter annum censum LX. solidorum Romesinorum ; residuum quoque ejusdem territorii totum. Ex dono Thome et Rainaldi de Sancto Leodegario, sedem vill# nemoris Ulberti, cum dimidio ejusdem vill# territorio, et ecclesiam cum tota decima, assensu Rogeri de Freelvilla et Rogonis filii ejus, omnia quieta, preter annum censum LX. solidorum Provinensium. Ex dono Rogeri Baillol, IIII. minas frumenti in molendinis de Fanencort, de decima, concedente Roberto de Fanencort. Ex dono Roberti de Hastinguis, et Isabel uxoris su#, et Avelin# matris Isabel, quicquid habebant et clamabant in territorio nemoris Ulberti. Ex dono Hugonis de Hisleis, XII. acras terre in Fraitiz liberas, et dimidiam culturam ad campartum solum ; reliquum vero ejusdem cultur# liberum, ex dono Roberti de Caneceris et uxoris ejus, assensu Ansoldi et Henrici Biset. Ex dono Ingelranni de Hisleis, decimam IIII. acrarum. Ex dono Willelmi de Pormort et Girardi filii ejus, terram suam de Fraitiz, et X. acras in Plaisencia, totidem ad Fosatum Regis, omnia quieta, concedente Roberto de Alneto. Ex dono Ricardi de Holguevilla et Rogeri fratris ejus, Galteri quoque et Radulfi de Salsosa Mara, XVIII. acras quietas ; residuum vero ejusdem feodi, usque ad viam Mortui Maris, totum cum decima ; campum quoque Walteri Franchelin, assensu ipsius et filiorum ejus, ad campartum solum, et decimam per totum feodum. Ex dono Hugonis de Bosco, ad Fossatum Regis, XII. acras quietas. Ex dono Ricardi Calemel, X. acras liberas. Ex dono Ingelranni de Hisleis, XII. acras ad campartum solum ; que omnia concesserunt Robertus de Alneto et Hugo de Bosco. Ex dono Radulfi de Novavilla, unam acram liberam, et quicquid ab illa est usque ad viam Mortui Maris liberum, concedente Waltero de Barc. Ex dono Baldrici de Flamens, unam acram liberam, concedentibus Gautero de Barc. et Radulfo de Novavilla. Hec omnia de feodo et dono Willelmi comitis Alb# Marl#. Ex dono Ricardi filii comitis Gisleberti, quicquid predicta #cclesia jam acquisivit vel rationabiliter acquirere poterit, ad firmam vel campartum, in feodo de Gariniprato vel Frasneello et in territorio parrochi# de Fesquis, a molturis et corveis et omni consuetudine liberum et quietum, retento solo servicio vavassorum ; a quo si ipsi defecerint, a fratribus nichil exigi poterit, preter firmam et campartum debitum ; predictam quietantiam de moltura concessit Radulfus Presbiteri filius. Ex dono Willelmi camerarii de Tancarvilla, apud Arculas, LXXX. solidos annuatim. Ex dono Hugonis de Sancto Germano et Willelmi fratris ejus, concedente Hugone de Mortuo Mari, quietantiam de moltura in terris fratrum de Onemañnil. Quare volo et firmiter precipio quod predicta #cclesia teneat hec omnia bene et in pace, et libere et quiete et honorifice, in bosco et in plano, in terris et in aquis, in viis et semitis, in stagnis et vivariis, in piscariis et molendinis, in decimis et elemosinis, et in omnibus rebus et locis, sicut carte donatorum testantur, et quicquid deinceps rationabiliter acquirere poterit.

Teste Hugone Dunelmensi episcopo, Thoma cancellario, Ranulfo abbate de Billewes, Gaufrido regis capellano, Girardo vicedomino de Pinchonio, Ricardo scriptore.

Per manum Stephani de Fulgeris scriptoris.

Apud Rothomagum.